



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,  
Bibliothecis, et aliunde**

**Sweerts, Pierre François**

**Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.**

Ariminensia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

ARIMINENSIA.

85

MEDICI.

*Cui virtus, cui Musa dedit, cui sidera nomen,  
Et Medicina simul, non cubat hoc tumulo:  
Aspetijt cælum, manet & comes ipse Deorum;  
Tanta etenim virtus non tulit interitum.*

IBIDEM.

*Vt vivis, vixi: verum morieris, & omnes  
Qui sum, vos eritis; pulvis, & umbra, solum.  
Qui sapit, & qui non, qui seruit, & imperat, æqua  
Et miser, & felix conditione cadunt.*

ARIMINENSIA.

IN ARIMINVM IVL. CAES.  
SCALIGER.

*Prisca fui quondam ciuilibus meta furoris:  
Sed non fortune meta futura fui.  
Non tunc arma toga, non cessit laurea lingua.  
Cæsaris est facere, haud sub Cicerone loqui.*

IN D. FRANCISCI.

SIGISMVNDVS PANDVLPHVVS MALATESTA,  
Pandulphi F. ingentibus meritis probitatis  
fortitudinisque, illustri generi suo, maioribus posterisque.

Sum SIGISMVNDVS MALATESTA  
sanguine gentis:

Pandulphus genitor, patria Flaminia est.  
Vitam obiit VII. Idus Octob. M. CCCC.  
LXVIII.


THE

## THEMISTII BYZANTINI,

Philosophorum sua tempestate Principis; reliquum Sigif. Pandulphus Malatesta Pand. F. belli Pelopon. aduersus Turcarum Regem Imperat. ob ingentem eruditorum, quo flagrat, amorem, huc adferendum, introque mittendum curauit. M. CCCC. LXV.

## IBIDEM.

ROBERTI VALTVRII, qui de re militari **XLI**. libros ad Sigismundum Pandulphum Malatestam accuratissimè scripsit, quiq̃ Roberto Malatestæ F. comitate insigni, facundia atque fide carus exstitit, Pandulphus Malatesta Robert. F. Sigismundi N. adhuc impubes, officij memor, hoc monumento B. M. ossa condi iussit. Vixit annos **LXX.M.VI.D.XVI.**


 RAVENNATIA.

IN RAVENNAM IVL. CAES.  
SCALIGER.

**P**rima per AEmathias quondã vetus edita siluas  
Adriacum secuit Thessala prora sinum:  
Desertumq̃ue solum, tristiq̃ue informe palude  
Munijt: atque vrbis nomen habere dedit.  
Hac belli sedes, gelido cum miles ab axe  
Proruit, & Graios expulit inde duces.  
Hinc sedet Illyrica prospectans praelia Nereis  
Ionius reduci cum tumet æstus aqua.

Hinc